



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Zachariam Prophetam Commentariorvm Liber
Qvartvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

& ideo uiuat refidens hō deo, remaneat hūana, quā creauit ipse, substātia bona, nec ulla su-
 per sint accidentia mala. Nec uacat quod dicit etiā ipse, scilicet nō minus gentilis q̄ Iudaeus,
 Emathites, Tyritus, & Sidonius, Ascolonites, & Gazeus, Accaronites, & Azoticus, non
 minus q̄ Hierosolymites, aut Esrateus, aut alia quacūq; ex tribu uel ciuitate Iſrahel deno-
 minatus. Et erit q̄si dux in Iuda, nimirū idē q̄si antistes aut uir ap̄licus in sancta confessione
 Christi ecclia, & q̄ erat Accaron, i. sterilis, erit Iebusaeus, i. Hierosolymitanus. Hæc em̄ ci-
 uitas tribus noibus appellat, Iebus, Salem, & Hierſm, hoc illi dicto Apl̄i cōsentit, nō ē em̄
 distinctio Iudæi, & Græci. Et circūdabo (ingr) domū meā, i. ecclesiā ex his q̄ militant mihi
 euntes & reuertētes. Non dixit, circūdabo domū meā ex Iudæis, siue cōgregabo ex Græ-
 cis, sed absq; distinctione siue acceptiōe p̄sonarū, circūdabo (ait) ex his qui militāt mihi eun-
 tes, i. obediēter operātes, & reuertētes, i. ipsum qd̄ operati sunt, nō sibi, sed mihi attribuētes
 nō suā, sed dei iustitiā statuere uolētes, iustitiā dei p̄ oia sese subiiciētes. Nā in ueritate cōpe-
 ri (ait Petrus) q̄ nō est p̄sonarū acceptor deus, sed in omni gēte q̄ timet deū, & operat iusti-
 tiā acceptus est illi. Et nō transibit ultra sup̄ eos exactor, sc̄z diabolus malus creditor & im-
 pius exactor q̄ suadēdo peccatū sub debitū retegīt genus humanū, debitūq; exigit ab omni
 hoīe q̄ nō habet redemptorē Christū dei filiū, patronū patrē deū aduocatū sp̄m sanctum,
 Nō (inquā) sup̄ eos ille exactor ultra transibit, & nō eos cōculcabit aut suffocabit, q̄ nūc ui-
 di in oculis meis, i. uisitauit eos in gratia septiformi sp̄s sancti, cuius oculi septem oculi sunt
 mei, oculus sapiētiæ & oculus intellectus, oculus cōsilij, & oculus fortitudinis, oculus scienti-
 æ, & oculus pietatis, & oculus timoris dñi. In istis oculis meis nūc uidi & uolentiā exacto-
 ris, & miserā eorū de q̄bus exigit. Nunc uidi dixit, pro eo ut diceret; nūc miseratus sum. Nā
 uidere dei subuenire est, uisus dei magnitudo beneficij est. Exēpli ḡra. Vbi Abraham magis
 nitudinē beneficij p̄sentit in hoc dicto; nō extēdas manū tuā sup̄ puerū, neq; facias illi quicquid
 q̄, appellauit nomen loci illius dñs uidet. Vnde usq; hodie dicitur in monte dñs uidet.

Iebusaeus.
 Roma. 3
 Euntes & re-
 uertentes.
 Rom. 10.
 Act. 10.
 Exactor dia-
 bolus.
 Oculi septem
 Esa. 11.
 Gene. 22.

RVPERTI ABBATIS
 TVITIENSIS IN ZACHARIAM PROPHETAM
 COMMENTARIORVM LIBER QVARTVS.



Supra. 7

In his quæ hactenus dicta sunt ab eo quod ait: Cum ieiunaretis & plange-
 retis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, nunquid ieiunio ieiun-
 nastis mihi usq; ad id: onus uerbi dñi in terra Adrach & Damasci requiescit
 ius. Satis demonstratū est Iesum Christū dei filiū solū & unicū esse plantatū
 & ieiunij remediū, propter cuius morā, donec ueniret, recte fuerit ieiunādū,
 propter cuius præsentiā, qm̄ ablatas est sponsus filijs suis, nihilominus recte sit ieiunādū.
 Recte inquā, nā ipse est risus sanctorū, unicūq; gaudiū angelorū, cuius in typum natus pater
 Abrahamæ filius unicus, iustus est uocari Isaac, qd̄ interpretat risus, dixitq; materisum fecit
 mihi dñs. Fecitq; pater grāde cōiuiiū in die ablactatiōis eius. Iā q̄ sequūtur melius patebūt,
 si memoria teneat aius istud risus æterni gaudiūq; sempiterni capitulū. **L. Exulta satis filia**
Sion, iubila filia Hierſm, ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator. Ipse pauper
& ascendens super asinā, & super pullū filiū asinæ, & disperdā quadrigā ex Estraim, &
equū de Hierusalē, & dissipabitur arcus belli. Et loquet pacē cū gentibus, & pote-
stas eius a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terræ. De hoc Be-
uangelista cū dixisset: Et cū appropinquasset Hierosolymis, & uenisset Bethphage ad mō-
tē Oliueti &c. hoc aut (ingr) totū factū est, ut impleret qd̄ dictū est p̄ prophetā dicentē: Di-
cite filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi māsuetus, sedēs sup̄ asinā, & pullū filiū subingals.
Quod ergo dicit: Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierſm, ecce rex tuus uenit tibi iustus &
saluator, ipse pauper & ascēdēs sup̄ asinā, & sup̄ pullū filiū asinæ, luce clarius est, expositiōe
nō indiget. Hoc tantū interim tenet nos, qd̄ dicit, exulta, & nō cōtentus dixisse, exulta, ad di-
dit, satis, & de uerbo quidē exulta, manifesta ratio est, q̄ supra dixerat ieiuniorū solennitatem
habētas

Gene. 27.

Mac. 21.

Exulta facis.

IN ZACHAR. PROPHE. CA. IX. Fo. CXXXIII.

habēdas usq; quo uenirēt ppli, & habitaret in ciuitatibus multis, & apphenderēt gētes, sim
 briā uiri iudei, quē uidelicet uirū iudæū, quā uenientē & quasi p̄sentē uidet oculo pphetali,
 pulchre positus in cōtemplatōe p̄sentia eius: exulta inq; filia Sion, iūbila filia Hierlm, nimi
 rā iuxta qd hic loquitur: nō possunt filij sp̄sū lugere q̄ diu cū illis ē sp̄sū. Porro qd addidit, sa
 tis, modū nō qualecunq; uult eē exultatōis, q̄ uidelicet exultatio filioꝝ sp̄sū iam dicti, lōge
 dissimilis exultatōi filioꝝ huius seculi. Filij huius seculi erāt illi qbus dū loqueret inter cete
 ra dixit. Vos misistis ad Iohannē, & testimoniū phibuit uerita. Ille erat lucerna ardēs & lu
 cens: uos aut uolulistis ad horā exultare in luce eius. Horā idcirco meminim, quia exultare
 ad horā, & exultare satis, cōtraria sunt, & ex opposito illius exultatōis, quā ad horā exultare
 uoluerūt illi, dictū est: filia Sion exulta satis. Quid em̄ est uoluisse exultare ad horā in luce lo
 hānis, nisi tēporale quēsisse uel sperasse gl̄iam in p̄dicatōe Iohānis? Putātes em̄ illā eē Ch̄m,
 quē audierāt fore uenturū regē magnū, iam uidete uolebāt sub tāto rege regnū iudæoꝝ mā
 gnū, & cūctis populis tremendū, quale tūc erat regnū Romanoꝝ, quale suo tpe regnū Græ
 coꝝ, suo tpe regnū Persarū & Medoꝝ, suo tpe fuerat regnum Babylonioꝝ, siue Assyrioꝝ.
 Equidē maius uolebāt uel sperabāt regnū fieri iudæoꝝ, q̄ fuerat qdlibet eoz; ueruntū tem
 porale & terrenū, quia sciam nō habebāt, nec h̄e uolebāt regni Ch̄i, regni dei, qd ē cōeleste
 & sempiternū. Ergo exultare uolebāt ad horā: sed ita exultare nō est exultare satis. Sigdē ex
 ultatio talis, ad uerā beatitudinē nō sufficit. Tu igit̄ d filia Sion, parua respues exultationem
 huius seculi: exulta satis. i. illa exultatōe exulta, quā p̄dicat tibi habitus regis tui, ueniētis tibi
 regis iusti, regis saluatoris tui. ¶ Qualis ē habitus eius: ip̄e pauper & ascendēs sup̄ asinā, & sup
 pullū filiū asinæ. Vere pauper. i. mitis & humilis sicut dicit ip̄e: Discite à me quia mitis sum,
 & humilis corde. Vere pauper, quia in hoc mundo de om̄i terra nec passum pedis possedit,
 aut possidere uoluit. & ascendēs (inq; sup̄ asinā, & sup̄ pullū filiū asinæ. Perpede q̄ tpe h̄ac fe
 cerit pauper iste, hoc fecit tūc qn̄ ueniēt Hierosolymā, occurrere illi habebāt turbæ q̄ uene
 rāt ad diē festū, cū ramis palmarū, clamātes: Benedictus rex q̄ uenit in noie dñi, benedictū qd
 uenit regnū p̄is n̄i Dauid, benedictus q̄ uenit in noie dñi, rex Israhel. Illo in tpe sup̄ asellū
 sedere uoluit, factio utiq; prestās id qd postmodū uerbis aperuit: Regnū meū (inquis) non
 est de hoc mūdo, regnū meū non ē hinc, atq; ita sedēdo satisfaciēs inuidiatoribus suis, calūni
 antibus sibi de noie regis, & dicere uolētibus qd se regē faceret, cōtra maiestātē Romani im
 perij. Deniq; satis factū illis esse potuisset, nisi fuissent inimici, & odio magno illū psequētes,
 quia uidebāt illū non grādi equo, sed paruo sedentē asello & circa eum nō splendores armo
 rum, sed odorē & suauitatē oliuarū. H̄ac em̄ satis illū excusabāt, qd nō uellet ulli homini ter
 renū diripere regnū. Et scdm̄ literā qdem non sup̄ utrūq; i. sup̄ asinū & sup̄ pullū sedebat, sed
 scdm̄ spirituale sensum fieri poterat & fit q̄ uidelicet sup̄ hoies de iudaico populo tanq̄ sup̄
 asinā & sup̄ hūiles de pp̄lo gētū, tāq̄ sup̄ pullū sedet regnādo, utroq; rex, utroq; saluator.
 Igit̄ exulta satis, i. gloriare nō in honore uel potētia principū huius seculi: sed in humilitate rē
 gis tui, cui gloria sempiterna succedit. Et disperdā (ait) quadrigā ex Effraim, & equū de Hier
 osolymā, & d̄st̄ pabit arcus belli. Vel pater uel sp̄s sanctus de filio dixerit ad Sion siue Hieru
 salem: Ecce rex tuus, cui dicere cōueniat, & disperdā quadrigā ex Effraim & c. rursumq; de
 filio, & loquet̄ pacē de gētibus. Hierlm̄ electos de iudæis, & Effraim electos significat ex gē
 tibus quadriga aut̄ & equus quæ disperdā (inq; superbiā & uanitatē huius seculi. Vnde de
 ascendētes humiles, ad hūc regē Christum conuerſi, dicūt alijs in eadē sup̄bia p̄seuerantibus.
 Hi in curribus & hi in equis, nos aut̄ noie dñi dei n̄i inuocabimus. Simul etiā scdm̄ literā Ef
 fraim & Hierlm̄ pcutit: quia uidelicet t̄pibus illis quadrigas & equos sibi multiplicauerāt re
 ges Samariæ, q̄ fuerāt ex tribu Effraim, & reges iuda quoꝝ metropolis erat Hierlm̄, & fre
 quēt̄ cōtra inuicē bella gesterāt. Et dissipabit̄ ait arcus belli, uidelicet in his q̄ nō contētū p̄
 cepto regis pacifici, qd est nemini calūniā facere, neminē concutere, et unūquēq; stipendijs
 suis contentū esse: sequunt̄ etiā consiliū, ut cū Petro Ap̄lo gladiū suū omnino conuertāt uel
 recondāt in locū suū, de qualibus & Esaias loquitur: Et conſtabūt gladios suos in uomeres, &
 lanceas suas in falces & cætera. Qd̄ protinus dicit: Et loquet̄ pacē gētibus, hoc ē qd̄ Ap̄ls di
 cit: Et ueniēs pacē euāgelizauit uobis, q̄ longe fuistis, & pacē his qui p̄pe, q̄ uidelicet pax re
 conciliatio est dei & hoim̄ remissio ē peccatoꝝ. Et sicut hic ubi dixit: & loquet̄ pacem genit
 bus, con

Matth. 9

Iohan. 5

Exultare ad horam.

Humilitas re

gis nostri

Matth. 11

Actu. 7

Iohan. 12

Matth. 21

Marc. 11

Iohā. 18

Mystica expo

sitio

Psal. 18

Luce. 3

Mat. 26

Esa. 2

Ephē. 2

Rom.

bus continuo subiunxit, & p̄tas eius à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terræ, ita & in Psalmo sp̄s idem cum dixisset: Oriet̄ in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, statim subiunxit: Et dñabit à mari usq; ad mare, & à flumine usq; terminos orbis terrarum. A mari Indico usq; ad mare Britannicū, uel à mari orientali usq; ad mare occidentale dñabitur: & potestas eius erit, & illa tñ dñatio siue potestas incipiet à flumine usq; ad terminos orbis terrarū. i. à tpe baptismi: & diffundet ubiq; terrarū, uel à flumie subaudiť Iordanis, à Iudæis & diffundet in oēs gentes, q̄a de Sion (ait Esaias) exibit lex, & uerbū dñi de Hierlm & iudicabit gētes, & arguet p̄p̄os multos. ¶ Nūc ad ip̄m de q̄ loquebat apostrophē facit, & dicit: **L**u quoq; in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu in quo non ē aqua. ¶ Dicendo tu q̄q; admirationē nobis facit, q̄a reuera mirā dignatōis est q̄d nō legatus neq; angelus uenisset, tu per temetipsum deus homo factus, ad inferos descēdisti, & hoc in sanguine tuo, quod magnū & mirū est opus dilecti oīs: quia maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Sanguinē illū, sanguinem dicimus testamētū tui: quia uidelicet testamētū tuū, testamētū æternæ hæreditatis, q̄d scripsisti hæredibus tuis, tu sanguine tuo, tu morte tua confirmasti. In illo sanguine tuo qui de latere tuo lācea militis patefacto, cum aqua cucurrit, emisisti uinctos tuos de lacu, in quo nō est aqua, uinctos (inquā) tuos, qui collecti ab origine mundi, per oēs ætates siue generatōes usq; in horā tuā passiois expectabāt te in lacu inferni, in quo nō est aqua, subauditur, quæ aliq̄e à peccatis abluat. & idcirco hinc illuc aquā manare, hinc usq; illuc aquā cū sanguine tuo p̄fluere oportebat, quia illic nō erat, illic acquiri nō poterat. Et hoc mirū q̄d hic in ista regione uinctū aqua & sanguis de humano corpore exiuit & illic emundationē fecit. Vis nancq; illa, uis siue uirtus diuina quæ hoc efficit, ut & sanguis & aqua exirēt de corpe iam exanimi, ip̄a hoc efficere potuit, ut mortui statim carerēt om̄i macula peccati, & cōtagiōe primæ p̄uariatōis, per luti mari magno inundati. Emisisti illos, subauditur, dicens eis: **L** conuertimini ad muntionem uincti spei. ¶ Id est, reuertimini in paradysum uincti nō desperati. Mutationē quippe sanguis testamenti uobis accessibilem fecit, extin. ¶ o flammeo gladio, quem seruetia uin) dex ante paradysum collocauit, & eo paradysum contra p̄uaricatores, munuit. Sequitur, **H**odie quoq; annuncians duplicia reddam tibi, quoniam extendi tibi Iudam, quasi arcum, impleui Effraim, & suscitabo filios tuos Sion, sup filios tuos Bæcia. ¶ Quāq; aliter possit intelligi, nullo modo tñ libentius intellexerim, q̄ ut hæc quoq; ut uox patris siue sp̄s sancti ad eūdē filiū cui dixerat: tu quoq; in sanguine testamenti tui & cætera. Hodie quoq; hoc est, hoc ip̄o tēpore siue tertia die passionis uel mortis tuæ, annuntias & dicens: Exurge gloria mea, exurge psalteriū & cithara. Duplicia reddam tibi, uidelicet, p̄pter quod obediens fuisti usq; ad mortē, mortē autē crucis, s. ut omnē potestātē in celo & in terra habeas, in diuina simul & humana natura, quā prius habebas tñ in diuina. Adhuc in eo quoq; duplicia reddā tibi, ut & tui q̄ mortui fuerāt ab origine mundi, & ad inferos descēderat, restituant tibi, & alij non solū de carne Abrahamæ, sed & de cūctis gentibus nascant tibi, sicut significauī dicēs: Postula à me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terræ: & hoc inde fiet: qm̄ extendi tibi Iudam, quasi arcū, impleui Effraim. i. qm̄ & apostolos de Iudæis, & Apostolicos uiros de gentibus p̄parauī, quæ uidelicet gentiū, multitudine significat nomine Effraim, quod interpretat fructificans. Quoniam sagittarius extendit sibi arcum, & pharetrā suā implet sagittis tpe suo p̄ferendis, ita extendi tibi, & impleui uiros eiusmodi uerbo p̄dicatiōis, eruntq; uerba eorū quasi sagittæ peruenientes ad cor, & p̄gendo urentes, urendo pungentes, ut peccatores prius cōpungātur timore, deinde ardeant amore, quemadmodū Psalmista dicit: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs. Quæ est dicere: Sententię subtiles illius, q̄ absolute potens ē. s. dñi ad modū sagittarū: corda hominū deuastrāt pœnitentis, & idcirco dicūtur carbonēs desolatoriū. In hoc primi sunt Ap̄tices Iudæis, loco secundo Græci. Ait ergo: Et suscitabo, ait, filios tuos Sion, sup filios tuos Græcia. Sion pro Iudæo posuit, & Græciā pro gentili. Apostolus quoq; uult intelligi, cum dicit: Ira & indignatio in omnē aiām operātis malū, Iudæi primū & Græci. Gloria & honor & pax om̄i opanti bonū, Iudæo primū & Græco. Igit̄ suscitabo filios tuos Sion, sup filios tuos Græcia

Psal. 77.

Esa. 2.

Iohan. 19.

Heb. 9.
Iohan. 19.
Lacus in q̄ non est aqua.

Gene. 3.

Psal. 107.
Duplicia reddam tibi
Philip. 2.

Psal. 2.

Psal. 109.
Carbones desolatoriū

Rom. 2.

IN ZACHAR. PROPHE. CA. IX. Fo. CCXXIII.

Gracia, id est, confortabo Apostolos de Iudæa, quatenus ad gentes ire & gentibus prædicare nō timeāt. Poterat quidem sic dicere: suscitabo filios tuos Sion, sup filios Græciæ: sed magis uult eo modo loqui, in quo est maior familiaritas, maiorque sentitur affectus cōgratulationis, p̄ magnitudine græ uel beneficii, q̄d is ipse q loquitur utriusq̄ cōtulerit. **L. Et ponam te quasi gladium fortium, & dñs deus super eos uidebitur, & erit ut fulgur iaculū eius.** Et dñs in tuba canet, & uadet in turbine austri. dñs exercituum proteget eos, & deuorabunt & subiciant lapidibus fundæ, & bibentes inebriabuntur quasi a uino, & replebitur ut phialæ, & quasi cornua altaris. **Et saluabit eos dominus deus eorū in die illa, ut gregem populi sui, quia lapides sancti eleuantur super terrā eius.** Quid enim bonum est, & quid pulchrū eius, nisi frumentum electorū & uinū germinās uirgines. **Quā pulchra literæ superficies, quantā intus euāgelicæ græ pulchritudinē cōtinet.** Nōne hoc est ipsum quod credimus, q̄d scimus factū esse usq̄ ad nos, ex quo tu Christe fili dei in sanguine testamētū tuū emisisti uinctos tuos de lacu, in quo nō est aqua, i. ex quo mortuus infernum spoliasti, & cū uis omnibus uictor inde ascēdisti. Ex eo namq̄ filios Sion, i. Apostolos tuos suscitauit deus pater, suscitauit spūs sanctus sup filios Græciæ, te dicēte: Euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in noīe patris, & filij, & spūs sc̄i, & ex eo posuit te p̄ deus, posuit te spiritus sc̄us q̄si gladiū fortium uidelicet, ut fieret p̄ te illud q̄d ē fortissimū, q̄d tu ipse significabas, dicēdo: Nō ueni pacē mittere, sed gladiū. Veni em̄ separare hoīem aduersus patrē suū, & nurū aduersus socrū suā, & inimici hoīs domestici eius. Hoc per ministeriū filiorū Sion, hoc p̄ prædicationē factū est Apostolorū tuorū. Vnde illorū prædicationi tāta uis tantusq̄ effectus: Et dñs deus ait, sup eos uidebitur, & erit ut fulgur iaculū eius. Quod est dicere: Illis proficiscētibus & prædicantibus ubiq̄ dñs cooperabitur, & sermōnē confirmabit sequentibus signis. Nam exire ut fulgur iaculum eius, hoc est coruscare miraculis euāgelii eius. Et dñs in tuba canet, & uadet in turbine austri. Quid est in tuba canere, nisi futurū iudiciū audiente mundo uniuerso declamare? Exempli gratia: Dum dicit Ap̄tus: Reuelat em̄ ira dei de cœlo sup omnē impietate, & iniustitiā hoīm &c. Nonne dñs in tuba canit, & uadit in turbine austri, i. in impetu spūs sc̄i? Nam secundū similitudinē tubæ canentis, & magnæ tempestatis, terruit gentes uocibus huiuscemodi. Non erubescendū euāgelii Christi, qm̄ est uirtus Dei, qm̄ in eo reuelat iustitiā dei. Et reuera dñs exercituum ait, proteget eos, uidelicet nō ut timeāt, nō erubescant, dicatq̄ quilibet eorū: nō em̄ erubescō euāgelii, uirtus em̄ dei est & cætera. Et deuorabunt, inquit, & subiciant lapidibus fundæ. Bona deuoratio qua trahunt in corpus ecclesiæ, & boni lapides fundæ, quæ sunt reuelata illis sacramenta sanctæ scripturæ, qui bus auditis siue intellectis, Græcia se subiecit, gentilitas quasi lapidata conticuit, uicta ac quieuit. Vnde hoc illis ut tā fortes sint ad deuorandū, tam ualentes ad iaciendū, & lapidibus fundæ subiciendū: Et bibentes, ait, inebriabunt quasi a uino, & replebunt ut phialæ, & quasi cornua altaris. Nōne ita factū est: Nōne Apostoli biberunt & inebriati sunt: An non ita dixerunt q̄ eos uiderunt: Cū em̄ accepissent spiritū sanctū, & loquerent uarijs linguis, put spūs sanctus dabat eloqui illis, stupebant & mirabant, dicentes: Quid nam uult hoc eē? Alij iridentes dicebāt: Quia musto pleni sunt isti, & uere musto pleni sunt isti, & uere musto pleni, sed nō quali musto putabāt illi. Nunq̄d Petrus, quia dixit: nō enim, sicut uos æstimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia, prorsus illos ebrios esse negauit: Nō utiq̄ prorsus negauit sed quendā ebrietatis modū remouit, dicēdo: nō sicut uos æstimatis. Tanq̄ diceret: Sūt qdē inebriati, sed nō sicut uos existimastis. Igitur bibētes inebriabunt quasi a uino, i. spiritū sanctū accipientes, sic se habebūt ut dicant pleni esse musto. Et replebunt ut phialæ, i. plenam habebunt facultatē, non solū sciæ, uerū etiam eloquentiæ. Phiala nāq̄ os patulū habet, & idcirco p̄ huius similitudinē recte innuit linguarū uniuersitas, quæ illis data est, ut & capere uel nosse & eloqui possent oibus gentibus magnalia dei. ¶ Et quia nō sufficit oris siue linguarū abundantiā, nisi adit & zeli boni fortitudo sancta, cū dixisset, replebunt ut phialæ, addidit & quasi cornua altaris. Cornua altaris iussit dñs quatuor fieri, dicens Moysi: Facies & altare de lignis Sethin, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, i. quadrū, & tres cubitos in altitudine. Cornua aut̄ per quatuor angulos ex ipso erūt. Quō impleta sunt illa cornua altaris: Facies, ait, & uerces altaris de lignis Sethin duos, quos operies laminais

Filii Sion, Apostoli.
Math. ultio

Ibidem, 10.

Mar. ultimo

In tuba canere.
Rom. 1

Ibidem.

Lapides fundæ

Inebriati apostoli.
Actu, 7

Repleti ut phialæ

Apostoli, quasi cornua altaris.
Exo. 27

areis, & induces per circulos, eruntq; ex utroq; latere ad portandū. Scdm hanc similitudinē impleti sunt Apli scia utriusq; testamenti, quasi duobus uectibus de lignis Sethin per circulos charitatis ad portandū altare qd ē Christ⁹, cuius uidelicet altaris Apli quā dā cornua fuerūt & sunt, uidelicet phibedo illi fortissimū corā regib⁹ & gētib⁹ testimoniu. Igit replebūt aut phialæ, & q̄si cornua altaris. i. uno eodēq; spū & sciētissimū fiēt, & fortissimū ad portandū. i. euāgelizandū cū cū gētib⁹ Chfm, scdm mysteriū illius altaris manufacti, qd ut portari possēt, cornua eius circulis & uectibus iussa sunt impleri. ¶ Et saluabit eos inq; dñs deus eorū in die illa, ut gregē ppli sui, quia lapides sancti eleuant sup terrā eius. Sēs hic ē. Sicut pastor gregem suū, ita saluabit multitudinē credentiū, & hoc inde, pueniet: quia sicut lapides rotundi facile uolui possunt, & citius mouent scdm uolūtātē eius, q̄ uspiā illos ducere uult, ita illi saluatoris imperiū sequunt, & p infirmitatē quidē carnis teneri, ut ouīū greg, sed p patētē uirtutem duri ut lapides, & p obediētā beneuolentiā semp uolubiles, & ad iussa pagenda curretes. ¶ Quid em bonū eius est, & qd pulchrū eius, nisi frumentū electorū, & uinū germinās uirgines? Hoc ita cū pcedētibus cōtinuari pōt. Dixi, replebunt ut phialæ, & quali cornua altaris, & subaudiendū est bonis dñi pulcherrimis. s. frumēto & uino, quæ uere bona dñi esse sentit, quisquis frumentū & uinū spiritualiter intelligit. Nā frumentū dñi, est uerbū dñi, & uinū dñi est spūs dñi. Sicut frumēto uisibili fames expellitur corporis, & uino nō solū extinguitur sitis, sed & uegetat calor naturalis, ita uerbo dei aia uiuit, & dulcedine spūs sancti prouocatur mens ad amorē dei. Hoc à tpe p̄dicatōis Euangelicæ sic abundāter cōpit fieri, ut sic ut tpe messis solet apparere plenitudo agri frumētarij. Et sicut in abundātia roris uel imbris tēporanei & serotini, germē aridit orti bene culti, uernāibus ros & cādētibus līns, ita p orbē uniuersum passim spectent, & electi sexus uirilis, & uirgines sexus fœminei. Quid aliud beatā trinitatē magis q̄ hoc spectaculū in hoc mūdo delectet? Dicat ergo: Quid em bonum eius est, & qd pulchrū eius, nisi frumētū electorū, & uinū germinās uirgines? Sequitur

Frumentum
uinum spiritus
uiale

CAP. X

I. Cor. 3
Remedium a
domino, con
tra incendiū
carnis

Iohan. 6

Prouer. 27

¶ Petite a domino pluuiam in tempore serotino, & dominus faciet niues & pluuiam imbris, dabit eis singulis herbam in agro, quia simulachra locuta sunt inuile, & diuini uiderunt mendacium, & somnatores frustra locuti sunt, uane consolabantur. ¶ Optime sciendum est, & enim scire sapientis est: quia bonum hoc & pulchrum, de quo dixit rat. Quid bonum eius, & quid pulchrum eius est, nisi frumentum electorum & uinum germinans uirgines, bonum (inquam) & pulchrum, hoc folius dei donum est, & propter hoc ab ipso petendum est. Nam de germine uirginitatis, de frumento uerbi dei, qui unq; studiosus fuit, non ignorat: sed experimento didicit, quod de terra carnis nostræ surgere non possit, quous plantet aut riget aliquis, nisi deus incrementum dederit. Qui ergo bonū hoc uel pulchrū ostendit, recte & consilium suggerit petendi illinc unde potest acquiri. Petite (inquit) a Domino pluuiam in tempore serotino, & dominus faciet niues & pluuiam imbris. Ac sic dicit Vbi desideratur frumentum Domini, & uinum germinis uirginei, ubi consilium est castitatis uel propositum uirginitatis, ibi sentitur magis incendium carnis aduersus spiritum concupiscentis. Sed nolite deficere, nolite desperare. Petite a Domino, & Dominus dabit niues, & pluuiam imbris. Niues quibus æstum carnis refrigeret ac temperet. Pluuiam imbris, quo terra cordis compluta, proferat herbam frumenti, quo uiuit homo quod confirmat cor hominis. Nam nix interdum significat ut illud beati Iob: Qui timent pruuiam, irruet super eos nix, interdum uero bonum, ut illud de parabolis Salomonis. Sicut frigus niuis in die mensis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam illius requiescere facit. Petite (ait) a Domino in tempore serotino. Magna & uehemens est huiusmodi exhortatio, & uniuersisq; consilientiam tangit hoc dicto: Quis enim gloriari potest qui huiusmodi niues aut pluuiam petierit, & impetrauerit tempore nimis maturo? Ferē omnis caro prius suo delectatur incendio, quam refrigerium petat a Domino. Ergo quasi non ausus dicere: Petite in tempore maturo, no, petite (inquit) in tempore serotino. Si non mane, petite uel sero. Petite (inquam) & nolite attendere simulachris aut diuinis siue somnatoribus, quia simulachra locuta sunt inuile, & diuini uiderunt mendacium, & somnatores frustra locuti sunt, uane consolabantur. Quid enim dixerunt: O homo qui dicis pulchrum dei esse uinum germinans uirgines, ad quid deus in initio masculum & fœminam creauit? Ad quid mēbra coeundi quibus apta formentur

Vide et

Vide ergo ne dum uirgines existimas uel prædicas bonum & pulchrū esse dei, cōtrarius ex istas cōstitutioni uel decreto dei. Sunt aut pleriq; qui nō audētes, sic obliqui, qm̄ potest eis abundantius responderi. Aliter dicunt & nimis misericorditer blandiunt sibi. Ille uel illa potuit, sanctus ille Apl̄s, aut sancta illa quam deus assumpsit, ualuit profere & custodire germen dei, germen uirginitatis, quia tēpus bonū fuit aut cōplexio frigidioris naturæ uiuit, tps̄ nunc fragilius est, nos d̄ soror aut d̄ frater naturæ sumus imbecillioris, melius est sic & sic face re q̄ uri. Illa potuit, tu uirginitatem custodire uel continens esse non poteris. Nec defuerunt qui dicerent nuptas in illo seculo uirginibus nō imparis fore meriti. Cum hæc uel his similia audieris, scito, quia simulachra sunt, & inutile loquunt, diuini sunt, & mendacium uident, somniores sunt, & frustra loquendo uane consolatur. Idcirco abduci sunt quasi grex affligentur, quia non est eis pastor, Super pastores iratus est furor meus, & super hircos uisitabo, quia uisitauit dominus exercituum gregem suum, domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Idcirco ait, quia somniores sunt, & frustra loquunt, quia diuini sunt & mendaciū uiderūt, quia simulachra, i. deceptores sunt & inutile locuti sunt ad subuertendū bonū dei, qd̄ frumentū electorū est, ad destruendū pulchrū dei, qd̄ est uinū germinans uirgines, idcirco & ipsi, & q̄ consenserūt uane consolantibus eis, idcirco in quā abduci sunt in diuersas uias libidinū, & affligent quasi grex subauditur hircorum, quod animal nimis est libidinosum. Nam protinus dicit: & super hircos uisitabo. Ergo quasi grex hircorum, i. bruti & insensati uelut hirci affligentur, subauditur multis & diueris ignominia passionibus. Nā q̄a ueritatem dei in mendaciū cōmutauerūt, qd̄ est diuinorū hirci uisendi & somniorū. Idcirco ait Apl̄s: Tradidit illos deus in desideria cordis eorū in imbecillia, idcirco tradidit illos deus in desideria cordis eorū, idcirco tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciāt ea quæ nō conueniūt. Iuxta hūc sensum cū hic dicit: quia nō est eis pastor, pariter subintelligēdū est, nec ipsi sunt pastores, uidelicet illi q̄ dicit: Ego sum pastor ouium: ego sum uia & ueritas, non qd̄ pastore hmoi nō audierint, aut uiam & ueritatē istā nō cognouerint, sed quia cum cognouissent pastore hunc, non sicut pastori obaudierunt, uel sicut Apostolus dicit: Cum cognouissent deum, nō sicut deum glorificauerūt, aut gratias egerūt, imō ueritatē in mendaciū cōmutauerunt. Idcirco sup̄ pastores iratus est furor meus, & super hircos uisitabo, i. & magistros libidinū, quia putidi pastores sunt, & auditores siue imitatores illoꝝ: quia libidinosi hirci sunt, æque iudicabo, qm̄ pprio iam sunt condēnati iudicio, pastores hircis libidinū uias ostēdendo, hirci pastoribus libeter assentiēdo. Et tēn̄ inde iam in excusabiles sunt: quia uisitauit dñs exercituum domū Iuda, & posuit eos quasi equū gloriæ suæ in bello. Vocabulo domus Iuda, qd̄ interpretatur cōfessio, cūctos illis cōtrarios significat, qm̄ illi, sicut iā dicitū ē, cū cognouissent deū nō sicut deū glorificauerūt aut gr̄as egerūt, & idcirco passionibus traditi sunt, & idcirco nō liberātur, quia libimet in ipsis complacent passionibus, isti autem ecōtra cognoscētes deum sicut deū glorificauerūt, & gr̄as egerūt, unde & domus Iuda, i. dom̄ cōfessiois & laudis dicti sunt. Hmoi gregē suū, gregē nō hircorū, sed ouium, uisitauit dñs exercituum. Quo uisitauit: Posuit eos ait q̄si equū gloriæ suæ in bello, i. sicut equū gloriæ in bello exultat audacter, & in occursum p̄git armatis, contēnit pauorē, nec cedit gladio, ita isti fortes & cōstātes sunt intus & foris, intus cōtra oēm impetū libidinū, foris contra gladiū p̄secutoris: hinc illi, ut iam dictū est, inexcusabiles sunt, q̄a uidelicet ut illi, ita & isti hoies sunt, caro sunt, & si uoluissent illi, æque ut isti habuissent adiutorē deū. Vñ & p̄tinus sequitur. Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus p̄lij, ex ipso egreditur om̄is exactor simul. Et erunt quasi fortes, quasi conculcantes lutum uiaꝝ in p̄lio. Et bel labunt quia dominus cum eis. Et confundentur ascensores equorū, & confortabo domū Iuda, & domū Ioseph saluabo. Bene scdm̄ nomē suū loq̄tur, & cōfitei domus Iuda, bene odorat & sentit, equus gloriæ dñi. Sic dicere, hoc nimis est deū omnipotentē glorificare & gratias agere. Ex ipso (inq̄) angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus p̄lij, ex ipso egreditur ois exactor simul. Quid nā hoc est: Omne bonū ex ipso p̄cedit, Angulus, i. fides, paxillus, i. spes, arcus p̄lij, i. charitas, extra quā nulla est scia, nulla uirtus p̄liandi, ex ipso est, ip̄sus donū est. Simul ois exactor, i. ois operator quicūq; ex conscia boni opis iuste audet p̄cedē exigere, ut ille q̄ dixit: Bonū certamen certauī, cursum cōsummaui, fidē seruaui, de

Accēdāt uxo
rati monachi
ac maritæ
Moniales,
grex hircorū
Rom. 1.

Iohā. 10. & 14

Rom. 1

Tit. 3

Domus Iuda
quasi equus
gloriæ in bello

Ex ipso om̄e
bonū nostrū.

2. Timo. 4

COMMENTA RVPER ABBA LIB III

reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quae reddet mihi dominus in illud diem. Omnis (inquam) talis exactor, ex ipso egreditur, ex ipso accepit hoc ipsum quod est operatus, pro quo mercedem, vel coronam exigere meret. Angulus dicitur fide, quia videlicet sicut angulo iunguntur duo parietes edificatio venientes, ita per unam eandem fidem coniuncta est electio gentium, electioni quae ex Iudaeis est. Paxillus spem, sicut qui lapsus in pronam si paxillum firmiter fixum apprehenderit, feliciter subsistit, & tenet atque tenet, ne penitus decidat in ima praecipitium, ita qui variis tentationibus poterat periclitari, & in barathrum devenire desperationis, spe subleuatur & ad divinae pietatis arcem refugit. Arcus praesertim charitatis, quia perfectio nihil tam forte contra diabolum, nihil in omni armatura virtutum tam ualeat, tam efficaciter contra pugnas libidinum, quae est charitas, per quam fides operatur, per quam spes roboratur, & omne animae certamen iam in praesenti quadam mercede remuneratur, dum huius ueri boni suauitate mens bene conscientia quotidie pascitur. Exactorem diximus operarium fidelem, in fide stantem, in spe laborantem, in charitate currentem, & propter hoc mercedem aut coronam a deo fideli debitore exigente. Haec omnia ex ipso sunt, & hoc scire debet electi supradicti, maximeque pulchrum illud deigenomen, scilicet uirgines: scire (inquam) haec, & respondere debet contra simulachra loquentia inuita, contra diuinos mendacium uidentes, contra somniores frustra loquentes, & uane confolantes, ut supra iam dictum est. Et erunt (ait) quasi fortes, quasi concucantes lutum uiae in praesertim, & bellabunt, quia dominus cum eis. Quasi fortes (inquit) quasi concucantes, id est uere fortes, uere concucantes ut illud. Facti sumus sicut consolati, id est uere consolati. Contra quod fortes, quod concucantes, fortes contra lutum uiae, concucantes lutum uiae, siue stercus in medio platearum. Nam mulier fornicaria quasi stercus (ait Sapientia) concucabitur in medio platearum. Duo dixit, quasi fortes, quasi concucantes, Non prius concucantes, & deinde fortes, sed prius fortes, & deinde concucantes. Prius enim antequam uincant libidines, pugnare oportet ut fortes, & deinde concucare possunt, utpote uictores, ita ut si uel motu uicem sentiant indignentur, contra quod prius cum labore praesertim labantur. Et notandum quia prius tria reddidit, quia dixerat: ex ipso angulus, ex ipso paxillus, & ex ipso arcus praesertim. Erunt quasi fortes, erunt quasi concucantes, & bellabunt, quia dominus cum eis: Ergo fortes in angulo fidei, concucantes cum paxillo spei, bellantes in arcu praesertim, in fortitudine charitatis. Sed quid opus erit bellare, postquam licuit concucare? Ad hoc sciendum, quia postquam in semetipso quis uicerit, & concucauerit lutum uiae, id est stercus libidinum, restat ut pugnet, & pro alijs in arcu praesertim, in fortitudine charitatis, cum feruore zeli boni, arguendo, obsecrando, increpando, maxime illos qui sibi sunt commisit, ut solet fieri, quia dignum est, & ita expedit, ut regimen animarum non cuiuslibet sed probato & merito committatur libidinum uictori. Et confundentur (ait) ascensores equorum, & confortabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo. Manifestum est tam de scripturis quam de exemplis quotidianis, quia elatione mentis sequitur confusio libidinis iusto iudicio dei. Porro elati quo melius atque conuenientius uocabulo denotarentur, quam hoc dicto. Ascensores equorum, tanquam diceret: Humiles illa gloria sequetur, ut concucet lutum uiae, superbos illa confusio, ut stercorent eodem luto uiae. Quid porro sibi uult quod protinus dicit: Et confortabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo? De domo quidem Iudae, iam supra dictum est, quod ipsi sint confortantes, & deum omnipotentem sicut deum glorificantes, & gratias agentes, & propter hoc ipsum posuerit eos dominus quasi equum gloriae suae in bello, & hoc repetitur hic breui sententia, & confortabo domum Iuda. Sed de Ioseph cur mentionem fecit in praesenti negotio, dicens: & domum Ioseph saluabo? Ad haec sciendum, quia Ioseph inter uictores libidinum notissimus atque nobilissimus est, quia noluit acquiescere dominae suae dicenti: Dormi mecum, cum castius esset, & propter fidem castitatis, falsa circumuentus accusatione carceri mancipatus est. Domum ergo Ioseph cunctos designare illos, qui per castitatem laborant, non dubium est, quatenus qui haec audiunt & recordantur laborum eiusdem Ioseph, & quomodo de eiusdem laboribus saluauit eum dominus, prouocentur ad imitandum Ioseph, & ab experimento sciunt, quia cunctis, qui pro fide & castitate agonizantur, magna merces parata, grandis honor apud deum repositus est. Et conuertam eos, quia miserebor eorum, & erunt sicut fuerunt, quando non proieceram eos. Ego enim dominus eorum, & erant iam eorum, & erunt quasi fortes Effraim, & letabitur cor eorum quasi a uino, & filij eorum uidebunt, & letabuntur, & exultabit cor eorum in domino. Hoc assertionem nostram non inuadet, quod ut nunc ait, & conuertam eos quia miserebor eorum conuersionis, quia conuertam

Angulus, fides

Paxillus spem

Arcus praesertim, charitas

Exactor, operarius fidelis

Psal. 137

Ecc. 9

Victores libidinum

Ascensores equorum sum superbi

Ioseph insignis uictor libidinum

Gene. 39

IN ZACHARI. PROP. CAP. X. Fo. CCXXVI.

emus, causa alia nulla est, nisi gratuita misericordia, siue misericors & miseratrix gratia. Quod
 deinde subiungit: & erunt sicut fuerunt, qm̄ nō prolecerā eos, quo sensu melius intelligitur, q̄
 ac si dixisset: & erunt sicut prædestinatione habui eos. Nam antequā in Adam & Eua, quos
 emis de paradyso, proiecerat nos, imō & ante q̄ cœlum & terra fieret, eramus apud eum oēs
 ret numero. Et quia non ex semetipsis, sed ex sola fiet gratia liberatoris, recte dicit continuo.
 Ego enim deus eorū, & exaudiam eos. Mox dicendo: & erunt quasi fortes Effraim. Ad fa-
 cram & mysticam nos mittit historiam, ubi Effraim, qui natu erat iunior, benedictione pa-
 tris com mutantis manus, factus est prior: Scio, inquit, fili mi, scio quia hic Manasses primo
 genitus est, sed frater eius iunior, maior illo erit, & semen illius crescet in gentes, constituitq̄
 Effraim ante Manassen. Erunt ergo, ait, quasi fortes Effraim, id ē, præferentur ex gentibus
 credētes, & Iudæis erunt multipliciores atq̄ fortiores sicut Effraim, qui natu erat iunior, pri-
 ori prælatus est, & maior factus quā is qui natu erat prior Manasses. Et lætabitur, ait, cor
 eorum quasi à uino, id est, lætitiā habebunt, non foris, sed intus: nam à seculo persecutio
 nem patientur: sed intus consolatione spiritus sancti replebuntur. Quod deinde dicit: Et fi-
 li eorum uidebunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in domino. Nos filii mar-
 tyrum, quibus illi certitudi-
 nem fidei Christianæ suo sanguine pepererunt, gloriam illorum uideamus, & lætamur, ui-
 dentes & lætantes ueneramus, & exultat cor nostrum in domino, quia tales apud Christum
 habemus patres & patronos. **S**ibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos,
 & multiplicabo eos sicut antea fuerant multiplicati, et seminabo eos in populis, et
 de longe recordabuntur mei, & uiuent cum filiis suis. **M**agis ac magis inculcat ac
 replicat, quod non meriti ipsorum, sed gratiæ lux sint omnia quæcunque illis dicuntur,
 uel dici possunt gloriosa. Quid enim est sibilabo eis, nisi occulta inspiratione traham illos,
 quæ est quasi sibilus auræ tenuis: Ergo sibilabo eis, nisi occulta inspiratione traham illos,
 terit, de meo spiritu erit: & congregabo illos, scilicet eodem spiritu meo, in unitatē fidei quæ
 redemi eos, quia idcirco mortuus sum, idcirco (ut ait Euāgelista) mori me oportebat, ut eos,
 qui dispersi erant, filios Dei congregentur in unum. Et multiplicabo eos, sicut ante fuerunt
 multiplicati, id est, non alij neq̄ pauciores credent, & conuertentur, quā fuerunt ante omnia
 secula præciti & prædestinati. Quomodo uel quali incremento domine multiplicabis eos?
 Et seminabo, ait, eos in populis, & de longe recordabuntur mei. Hic illud occurrit, quod ipse
 in Euangelio de semetipso dicit: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit,
 ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Nam principaliter
 ipse quidem erat granum mortificandum & uiuificandum, mortificandum infidelitate Iu-
 dæorum, uiuificandum fide populorum, sed secundarie singuli quicq̄ sanctorum, uel mar-
 tyrum grana frumenti fuerunt & sunt. Vnde superius dictum est, bonum & pulchrum dei
 esse frumentum electorum. Cum ergo in modum frumenti sanctificauerint sancti, ita ut
 per uerbum doctoris unius multi eruditi sint, & per passionem unius martyris per æpe mul-
 ti occasionem credendi acceperint, qui à Deo longe erant remoti, nōne satis liquet, quā-
 ueraciter prophético præconio dixerit hic, & seminabo eos in populis, & de longe recorda-
 buntur mei, & uiuent cum filiis suis, subauditur, qui labore ipsorum Deo acquisiti & saluti
 æternæ sunt nati. **E**t reuertentur & reducam eos de terra Ægypti, & de Assyrijs
 congregabo eos, & ad terram Balaad, & Libani adducam eos, & non inuenietur
 eis locus. **A**egyptum hunc mundum, Assur diabolum, & Assyrios dæmones, in scriptu-
 ris significare notū est. Hinc apud Esaiā dñs dicit: In Ægyptū descendit ppls meus in prin-
 cipio, ut colonus esset ibi, & Assur absq̄ ulla causa calūniatus est eū. Et est sensus: Sicut in istā
 locale Ægyptū descenderūt filij Iacob, & ibi multiplicati genuerūt subseruitio, & quasi in
 Ergastulo: & deinde carneus Assur, Sennacherib, & multitudo eius, & Salmanasar itidem
 rex Assur calūniatus est, & captiuū duxit eū sine causa quia nihil cōtra eū fecerat, ita in prin-
 cipio quando non erant, nisi duo in paradyso, masculus & femina, Adam & Eua, descen-
 dit in illis duobus omnis electorum, & ad uitam prædestinatorum populus in tenebras huius
 seculi, ubi deus neq̄ lumen non uidet, & diabolus sub tributū mortis redegit eū, inuidēs illi,
 & odio

Prædestinat
ante mūdicre
ationem.

Gene. 12.

Nos filii mar-
tyrum & san-
ctorum

Sibilabo eis.
3. Regū. 19.

Iohan. 11.

Iohā. 12.
Granum fru-
menti.

Esaie. 12
Ægyptus, p
hoc mundo
ponitur
Exodi. 1
4. Reg. 19
Ibidem. 17



& odio habens absque ulla causa, quia uidelicet hō diabolū de celo ruere non fecerat
 ¶ Porro terra Galaad & Libani terra est pmissio- nis, interpretaturq; Galaad acerus testimo-
 niū, Libanus autē candidatio, quibus nominibus martyres. i. testes, & oēs candidæ confessio-
 nis sanctos significare perspicuū est. Igitur reuertens ait: Et reducam eos de terra Aegypti,
 & de Assyrīs congregabo eos, & ad terrā Galaad, & Libani adducam eos, & non inueniet
 eis locus. i. ad me conuertent, sicut scriptū est: Reminiscens & conuertentur ad dñm omnes
 fines terræ, & ego de præsentī seculo nequam ereptos, de potestate malignorū spirituum libe-
 ratos, cōgregabo eos, subauditur in unum (sicut Euangelista dicit) ut filios dei, qui dispe-
 serant, congregaret in unum, & adducam eos ad terram uiuētium, quæ terra est Galaad &
 Libani. i. martyrum & omnium sanctorū, & tanta erit multitudo eorū, ut æstimatione huma-
 na non possit inuenire, quis uel quantus sit locus, qui sufficere queat illis ad habitandum.
L Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus. Et confundentur omnia
 profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Aegypti recedet.
C Confortabo eos in domino, & in nomine eius ambulabunt dicit dominus. Ad
 huc detinet in cōtemplatōe mysterij quo miserat nos, dicendo: Et reducā eos de terra Aegy-
 pti. Nō obscura sed notissima est paruulis quoq; ecclesiæ filijs, illa spiritualis intelligētia, qd
 sicut Israhel de Aegypto per mare rubrū, merso Pharaone cum curribus & equitibus eius,
 ascēdit ad possidendā terrā, quā dñs illi dare decreuerat, quod & fecit: ita electorū uniuersa
 tas, de præsentī seculo ascendēs, nō aliter q̄ per sacramentū baptismi ad illā terrā uiuentū po-
 uenit: dimerso. i. abnegato diabolo, & uniuersis pompis eius, in uirtute eius sacramēti. Cō-
 ergo dicit: Et trāsibit in maris freto, subauditur dñs, & percutiet in mari fluctus, & cōfundent oīa
 profunda fluminis, & humiliabitur Assur supbia, & sceptrū Aegypti recedet. Pulchre cōcipi-
 dit quasi narrationē propheticā, narrationē operis misericordiæ & miseratōis, quā sic incepta
 rat tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu in q̄ nō est aqua. Nam &
 transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, qd aliud est nisi & perficiet illud, quod in
 diuisione maris rubri significabat, quādo uirgā suā iubente dño Moyses eleuauit sup maris
 fluctus, & recessit sceptrū Aegypti, subauditur percussum uirga Moysi, nec potuit filios Isra-
 hel persequi: Plura hinc dici poterant, nisi quia sicut iam dictū est, fere omnibus notum est illi
 us facti mysterium, & qui nota diutius tractat, affert legēti fastidiū, ergo cætera psequamur
Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuos. Glula abies, quia ce-
 cidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt. Glalate quercus Basan, quia succi-
 sus est saltus munitus. Glor uulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorū.
 Glor rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Jordanis. In ueritate uig-
 dñi (ait Psalmista) misericordia & ueritas. Item: Misericordiā & iudiciū cantabo tibi dñe. Se-
 cundū hæc duo hic locus prophetiæ diuidit. Nam ab eo qd ait lōge superius: & factū est uer-
 bum dñi ad me dicēs: Ieiuniū quarti & ieiuniū quinti, & cætera usq; ad id, qd nūc dicitur
 Libane portas tuas, cū et a ferē pmissa misericordiæ fuerūt, q̄ nūc ope impleta sunt, & ab eo
 qd dicit: Aperi Libane portas tuas, usq; ad id qd lōge inferius loquitur: brachiū eius ariditate
 siccabit, & oculus eius dexter tenebescēs obscurabit, cūcta hæc terribilia ueritatis edicta, in
 stiq; iudicij documēta sunt. Quantū dulcedinis, quantū suauitatis atq; iocūditatis illic est in
 hoc dicto: Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierlm. Et ecōtra quantū hic amaritudinis, quā
 tum acerbitatis & calamitatis eorū, quibus dicit: Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis ce-
 cedros tuos, ulula abies, ululate quercus Basan. Ergo sicut hætenus misericordiā in illis, q̄
 crediderūt uel credūt, ita ex his q̄ sequunt iustū cōsideremus iudiciū sup illos, q̄ non credide-
 rūt. Aperi (inqt) Libane portas tuas. Libanus q̄ mōte terra illa, nihil habuit uel habet excubi-
 tius, templū p̄senti loco significat, q̄ gēs illa nihil habet augustius. Aperi. i. claudere Roma-
 nis uel hostibus obserare nō ualeas, sed ingrediant secreta tua, & comedat ignis cedros tuos. i.
 tabulas cedrinās, tabulas deauratas. Puto ip̄m Libanū, hoc est, templū ppheticæ uocis ser-
 fisse imperiū, qm̄ ut Iosephus quoq; testat, imminente excidio portæ eius aperta: sunt absq;
 manu hoīm, Oriētalis (inqt) porta interioris tēpli, cū esset ænea atq; grauissima, & post me-
 diē uix à uiginti hoibus clauderet, ferisq; ferro iunctis obseraret, pestulosq; altos haberet in
 faxeū limē demissos, uno p̄petuo lapide fabricatū, uisa est noctis hora sexta ip̄ote patere.
 His autē

Terra pmissio-
 nis.

Pfal. 27.

Iohā. 11

Marc. typus
 baptismi

Supra. 9

Exo. 14.

CAP. XI

Pfal. 24

Pfal. 100

Supra. 8

Supra. 9

Iudicium dei
 in reprobos.

Libanus pro
 templo ponit

Iosephus de bel
 lo Iuda. lib. 7
 cap. 17.

His autem curriculo per custodes templi magistratui nunciatis, ascendit ille, uixque eam potuit claudere. Nec mirum. Imperabat enim haec uox diuina, uox prophetica: **Aperi Libane portas tuas, & tali apertione protinus fore aperiedas hostibus portas suas significabat.** Abies cui dicitur ulula & cedrus quae cecidit, illi principes, illi superbi fuerunt, quos aptius exprimit dicendo. Quoniam magnifici uastati sunt. Et pulchre sicut noie Libani templum, ita abietis & cedri noibus sumos iudaeorum, & principes designat sacerdotum, quos quoque abies & cedrus in Libano ita se extollebant & magnificabant in templo illo. Et quia per magnitudinem malorum non sufficit semel dixisse, repetit per paululum diuersis: **Uululate** (ingens) quercus **Basan**, quoniam succifus est saltus munitus. Adhuc autem magis ac magis inculcans, uox (ing) ululatus pastorum, quia uastata est magnificentia eorum, uox rugitus leonum, quia uastata est superbia Iordanis. Quos abietes, cedros et quercus dixerat, eos tandem pastores & leones nuncupat, quoniam pastores erant noie pro sacerdotali officio, leones ope, quia praedam faciebant de populo. **Nomine saltus muniti, quae succifum et uocabulo Iordanis cuius superbia uastata esse dicit, multitudinem atque confidentiam designat populi Iudaici, in qua iam dicti principes sacerdotum sic erant feroces ut leones, sic rigidi atque superbi siue elati, ut quercus cedri atque abies.** Quis eiusmodi cedros atque abietum casum, quos quercuum succifionem non audierit? Cuius ad aures ululatus ille non puenit. **Vix ad praesentem diem** (ait beatus Hieronymus) **perfidii coloni post interfectionem seruoque, & ad exercitum filii dei excepto planctu, prohibetur ingredi Hierusalem, & ut ruina eis liceat suae flere ciuitatis, praecio redimunt, ut quae quondam emerant sanguinem Christi, emant lachrimas suas, & ne fletus quidem eis gratuitus sit.** Videas in die, quae capta est a Romanis, & diruta Hierusalem, uenire populum lugubre, conflueret decrepitas mulierculas, & senes pauperis annisque obditos in corpibus, et in habitu suo iram domini demonstrantes. **Profecto quae superius dixerat illis quae ieiunauerant & planxerant per septuaginta annos, propter exterminium quod fecerant Babylonij: Nunc quod ieiunium ieiunastis mihi? idem dominus multo magis, multoque saeuieris, istorum ululatum contemnit.** **Hec dicit dominus deus meus: Pasce pecora occisionis quae qui possederat, occidebant: et non dolebat, et uidebant ea dicentes: Benedictus dominus, quoniam diuites facti sumus. Et pastores eorum non parcebant eis, et ego non parcam ultra super habitantes terram dicit dominus. Memoriter tenendum, quod antequam iam diximus, quia sicut ea quae prius dicta sunt misericordiam sonant regis Sion & saluatoris Hierusalem, ita haec iudicium praedicant eiusdem regis et iudicis omnium.** **Propheta dicit: Hec dicit dominus deus meus, Pasce pecora occisionis. Paucis interiectis dicit dominus: Ego non parcam ultra super habitantes terram, quod idem est, ac si diceret, ego non parcam. Intellectu hic opus est, quomodo dominus dicat pasce, & dominus dicat non parcam. Nam si parum est, & si non uidetur idem esse, ego non parcam, ac si diceret, ego non parcam postmodum manifestius dicit: Non parcam uos. Quod moritur, moriatur, & quod succiditur, succidatur. Proinde integrae litterae portione, quae postulat sensus, iam hic perscribere idoneum uidetur. Cum dixisset dominus deus: pasce pecora occisionis, quae qui possederat, occidebant & non dolebant, & uendebant ea dicentes: Benedictus dominus, diuites facti sumus, & pastores eorum non parcebant eis, cum (inquam) haec dixisset dominus, statim e contra dixit dominus: Et ego non parcam ultra super habitantes terram. **Eccetrado homines unumquemque in manu proximi sui, et in manu regis sui, et non eruam de manu eorum, et non parcam pecus occisionis propter hoc o pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas uirgas, unam uocaui de corem, et alteram uocaui funiculum et paui gregem. Et succidi tres pastores in meo se uino, et contracta est anima mea in eis. Siquidem anima eorum uariavit in me: et dixi: Non parcam uos. Quod moritur moriatur, et quod succiditur, succidatur, et relinquitur qui deuorent unumquisque carnem proximi sui.** Intellectu (inquam) ut iam diximus, hic opus est, quia dominus deus est, qui dicit: pasce pecora occisionis, & dominus deus est, qui dicit: ego non parcam ultra super habitantes terram, itemque dominus est, qui dicit: & dominus est, qui subinde loquitur, non parcam uos, quod moritur, moriatur, & quod succiditur, succidatur. ¶ Ut ergo intelligentiae melius pateat ostium, primo illud dicendum. Quia uidens dominus ciuitatem Hierusalem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses, & tu, & caetera. Porro ciuitas illa populus ille, pecus erat occisionis, id est, populus destinatus sempiternae morti, aeternae perditioni. Quid ergo erat homini Iesu Christo, quem propheta utique significat, dicens: Haecc dicit**

Abies & Cedrus principes sacerdotum

Idem & pastores & leones dicuntur.

Vindicta in Iudaeos. Mat. 23.

Supra. 7.

Vnde hic in uerbis contra rietas

Lu. 19. 41. Pecus occisionis.

COMMENTA RVPER ABBA LIB III

Hæc dicit dñs deus meus: quid (inquã) illi super ciuitatem uel populũ eiusmodi, nisi dicere pasce pecora occisionis. Nam qm̄ in uno eodemq; Iesu Chfo, sicut duas naturas, ita duas scimus eẽ uolũtates, nõ dubiũ, quin scdm naturã humanã uoluntatẽ, qua & sup illos flere potuit, reseruari eosdem uoluerit. Sed quid esset illos reseruare: nisi pascere pecora occisionis? Nam quãto plures scaturirẽt de illius multitudinis luxuriosa carne uermiculi, tãto plures p uenirẽt uictimã morti siue occisioni. Itaq; dicit idem dñs filius, siue dñs pater, siue dñs spũs sanctus. Ego nõ parcã ultra sup habitantes terrã. Sed quid? Ecce trado (ait) hoies unũquẽq; in manu proximi sui, ut uidelicet à semetipsis cedant & dilacerent sedit õibus intestinis inimicis scdm electionẽ Barrabã latronis & seditiosũ, quem dãnato principe pacis Iesu Christo, præelegerunt sibi, & in manu regis sui. s. Cæsaris, qui rex eorũ fuit, & esse debuit, scdm suam ipsorũ professionẽ, dicentiũ: Non habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Iosephus scire uolentibus factis facere potest, q̄ uere in illa obsidione tradiderit eos, unũquenq; in manu proximi sui, & in manu regis sui, & q̄ uere dixerit: & concident terrã, quanq; ueraciter addiderit adhuc, & nõ erum de manu eorũ. Attẽ ne omnino uoluntatis humanã, de qua iam dictũ est, fletus frustra prouenerit, qm̄ uidens ciuitatẽ sup illam fleuit, & pascã (ait) pecus occisionis, subauditur quãdraginta duobus annis, ut habeant tẽpus pœnitentiã, q̄ ex illis pœnitentiã agere uoluerint. Nam tot anni transierunt à passione dñi, usq; ad illud miserabile excidium. Occisionis illius causam in sacerdotes siue pontifices, miro modo redundare demonstrat, dũ præmissis: pasce pecora occisionis subiungit. Quã qui possiderãt, occidebãt & nõ dolebãt, & uendebãt ea dicentes: Benedictus dñs, diuites facti sumus. Et ne dubiũ sit quos tangat, continuo subdit: Et pastores eorũ nõ parcebant eis. Ergo qui possederant, sacerdotes fuerunt auarissimi, & potiffices rapacissimi, & eiusmodi pastores animas occidebãt, & nõ dolebãt imò gaudebãt, qm̄ de occisione animarũ illorũ, aliquod emolumentũ pecuniã capiebãt, atq; hoc modo uendebãt, infelicẽ populũ tanq; possessionẽ suã, præoptantes de pereũtibus lucellum aliquod cõtrahere, q̄ de uiuentibus & Christum sequentibus suorũ detrimentum sacculorum, quod timebant incurere. O q̄ iniqui, q̄ imple deum existimabãt esse similem sibi, dum ita uendẽtes pecora illa dicebant: Benedictus dñs, diuites facti sumus. Talis illorũ benedictio, maledicta sit, quoniã & ipse dñs in alio Propheta dicit. Et maledicam benedictionibus uestris, & maledicam illis, quoniã non posuistis super cor. ¶ Propter hoc ò pauperes gregis, qui propter hoc ipsum quod pauperes, id est, humiles estis, occisione euasistis, & forte doletis sup illa pecora occisionis, sicut quispiam uestrum dolens dicit: Veritatem dico in Christo, nõ mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniã tristitia est mihi magna, & cõtinuus dolor cordi meo. O inquã pauperes eiusmodi, subauditur adhuc atẽdite, qd uel quõ cum grege illo egerim, ut melius cognoscatis q̄ iustum occisionis illorum iudicium sit. Et assumpsi mihi duas uirgas, unam uocaui decorẽ, & alterã uocaui funiculum, & paui gregem. Et succidi tres pastores in mense uno, & cetera ut supra. Duas uirgas assumpsi mihi. i. bis cum hominibus, ut essem deus eorũ, fœdus pepigi. Primo cum Noe, & cum omnibus hominibus siue gentibus. Secundo, cum Abraham & semini eius. Ad Noe nanq; dixit: Ecce ego statuam pactum meum uobiscum, & cum semine uestro post uos. Ad Abraham uero: Ego sum & pactum meũ tecum. Itemq; & statuã pactum meũ inter me & te, & inter semẽ tuũ post te in generatiõibus suis fœdere sempiterno, ut sim deus tuus, & seminis tui post te. Assumpsi ergo mihi duas uirgas. i. primo regimẽ oim gentiũ: quia oim creator sum: dein de regimen seminis Abraham, quoniã gentes in uias suas abierunt. Vnã uirgã uocaui decorẽ, & alterã uocaui funiculũ, quia uidelicet gentes ceterã qdã decus meũ, decus & ornatus orbis terrarũ fuit, semẽ autẽ Abraham, pprius hæreditatis meã funiculus eẽ habebat, sicut illi à me dictũ est: Et in semie tuo benedicent oēs gẽtes. In illa uirga quã uocaui funiculum, paui gregem. i. dedi illis legẽ, quos sicut oues eduxi de Aegypto in manu Moyfi & Aaron, & iuxta di tres pastores in mense uno. i. me sententiã dante in mense uno, mense primo mortui sunt Maria, Moyses & Aaron, & contracta est anima mea in eis. i. iratus sum eis, ita ut ad iudicium illos sententiã mortis. Quã ob causam? Sigdẽ aia eorũ uariãuit in me. i. nõ pfecta uel cõtinua dilectione glorificauerũt me, subauditur ad aquas contraditiõis. Dixitq; eis: Quia nõ credidistis mihi ut sanctificaretis me corã filijs Israel, nõ introducetis hos p̄p̄os in terrã quam

In Chro duæ uoluntates

Mat. 27

Iohã. 16.

Excidii causa scribã & pharisæi, sacerdotes, iudæi.

Malach. 2. Pauperes gregis Apostoli. Rom. 9

Duæ uirgæ duo fœdera. Gene. 9

Gen. 17. & 17

Gene. 22

Num. 20

quā dabo eis. Sciendū (ut supra iā diximus) cū cūta hęc ab eo qđ ait: Aperi Libane portastu
 as, usqđ ad id qđ isra dicit: Onus uerbi dñi sup Israhel ad rōnes ptinet iudicij seu ueritatis dñi,
 cuius uniuersa uirgē sunt misericordia & ueritas; & idcirco ptinuisse ad rē, ut nō omitteret di
 cere, qđ succiderit iudicio sa uero illos qđq; pastores eiusmodi qđ multū dilexit. Iam si qđas, qđ
 eū alia uirga fecerit quā uocauit decorē, qđ in altera quā uocauit funiculū, pauit gregē. i. gu
 bernauit Israheliticā siue Iudaicā gentē, p̄tinus ait: Et dixi: Nō pascā uos. Qđ mori, moriat,
 & qđ succidit, succidat, & reliq; deuorēt unūq; carnē pximi sui. Et hęc dicēs. **L. Zuli (ait)**
 uirgā meā, quē uocabat decus, & abscidi eā, ut irritū facerē fœdus meū, quod per
 cussi cū oibus populis, & irritū deductū est in die illa. **Vnum (ait) gregē pauī. i. unam**
 gentē regendā suscepi, cæteris autē gētib; dicēdo: Nō pascā uos, abscidi uirgā siue absciden
 do uirgā: dixi, nō pascā uos. Quid em̄, p̄dest pasci corpa, ubi mortuas esse cōstat aias. Quod
 mori uel succidit in aia, moriat & succidat in corpe. Hęc ubi dixi, nō quieuit mors, nō cessa
 uit gladius, passimq; trūcabāt gētes, & inuicē truncabant, & tū miro mō qui morerent & suc
 ciderent, certatim nascebant tāta infania, ut proletarij quoq; in urbibus collocarent. Qđ ad
 qđ ualuit, nisi ut infernus impleret: Segtur. **Et cognouerūt se pauperes gregis, qui**
custodiunt mibi, quia uerbū dñi est. Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis uestris
afferte mercedē meā, & si nō, quiescite. **Pauperes gregis subaudit, de quo supra dixi, &**
pauī gregē. i. regendā suscepi Israheliticā gentē, & dedi eis legē. Qui sunt uel fuerūt illius gre
gis pauperes: Hoies sancti & humiles, quorū nonnulli, & si censu diuites, affectu uel spū fue
rūt pauperes, ut ipse Dauid rex. Isti pauperes cognouerūt: quia uerbū dñi ē. i. quia iustū ē iu
dicū sup gētes. Qñ autē uel qđo dixit ad eos iste pascens gregē: afferte mercedē meā: Nimi
rum qñ dedit eis regiones gentiū, & labores p̄ploꝝ possederūt, tūc dixit illis: Afferte merce
dem meā, quā P̄ salmista p̄tin⁹ exprimēs: ut custodiāt (inqt) iustificatōes eius, & legē eius re
quirāt. Nā hęc ē tota merces pastoris huius, & in hoc bene muneratū se esse gratulat, si grex
quē pascit, requirat & custodiāt legē, & iustificatōes eius. Et qñ grex rōnalis libere
bitriū, & pastor iste mercedē nō coactā desiderat, sed spōtaneā, pulchre dixit: Si bonū ē iocu
lis uestris, afferte, & si nō, quiescite. Sed qđ illi: Qualem attulerūt mercedē tāto pastoris. Ait:
Et appenderunt mercedē meā triginta argenteis & dixit dñs ad me. Proieci il
lud ad statuarium decoꝝ, precium quod appreciatus sum ab eis. Triginta argēteos
dederūt Iudæi siue Pōiifices, & Pharisei Iudæ proditori, ut eū traderet illis. Argēteos illos
appellat mercedem suā, & decoꝝ, precii. Quis digne uerbis ualeat cōsequi modū facti, siue
qualitatē tantæ rei: Pastor ille qđ duas habuerat uirgas, & una cōtētus, alterā abscidebat. i. unū
Israheliticū p̄p̄lū gregē curās, cunctaq; gentiū tam multū gregē à cura sua reiecerat, & istum
unū gregē tāta cura tamq; miris modis, ut in scripturis legim⁹, pauerat pastor talis ac tātus. s.
olim deus et dñs, homo factus, p̄ semetip̄m mercedē suā requisit, et talē mercedē appende
rūt ei, uidelicet triginta argēteos in precii sanguinis eius dederūt proditori. Et hoc appellat
decoꝝ, precii, nimiq; cū ironia grauissima, quia nō fuit decoꝝ. Quis ergo rem huiuscemodi
latis appēdere uel digne ualeat eloqui: Vere nullus nisi solus statuarium, siue plastes deus. Idē
circo proieci (inqt) illud ad statuariū, et proieci illos in domū dei ad statuariū, subaudit ut ipse
qđ solus nouit dignū p̄ferret sup hoc iudiciū. Proieci. i. ut proicerent effecti, uidelicet qđ lu
das p̄cōnitētia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotū et senioribus, dicens.
Peccauī, tradēs sanguinē iustū, et proieci argēteis abiēs laqueo se suspēdit: quis effecit nisi
ipse qđ hic loq̄tur, et proieci illos in domū dei. Interim in hac l̄sa, qñ dñs est qđ dicit: Et ap
penderūt mercedē meā, atq; idē ip̄e loq̄tur, et dixit dñs ad me: Proieci illud ad statuarium, et
hunc statuariū siue plastem cōstat esse deū, perpulchrū est hic attendere, totius trinitatis col
loquū, quia uidelicet res magna est, cuius magnitudinē istud quoq; insinuat, qđ cōtra illā cō
mune diuinitas, nō in una, sed in tribus suā substātiā personis edicere molit iudiciū, et qua
lis est sentētia iudicij. Segtur. Et precidi uirgā meā secundā, quē appellatur funicu
lus, ut dissoluerē germanitatē inter Judā & Israhel. Et est sentūs: Sicut absciderā uir
gā primā, sic p̄cidi uirgā meā secundā. i. sicut olim gentiū in idolatria defluentium uniuerso
gregi dixeram: non pascam uos, ita et multo acerbius dixi gregi Iudaicæ gentis, non pascam
uos, atque ita effectum est, ut dissoluerem germanitatem inter Iudam et Israhel, i. ut com
pleretis

Psal. 24

Pauperes gre
gis.

Psal. 104

Merces pasto
ris

Triginta des
narij, decorū
precium, Iros
nice.

Statuarium
deus ip̄e
Mat. 27

3. Reg. 12 pleretur malū illud, cuius præfagiū fuit, illa dissolutio qua olim dissoluta ē germanitas inter Iudā et Iſrahel, qñ decē tribus sciderūt se à tribu Iuda, et à domo David, et fecerunt sibi regē Hieroboā de tribu Eſſraim, sciderūt se à sc̄iō & legitimo dei tēplo, & aureos p deo coluerūt vitulos. Scdm̄ illud maloz̄ initiū q̄ dissoluta ē germanitas inter Iudā & Iſrahel, p̄cidi hāc uic gā sc̄dam, ut uidelicet sicut tūc decē trib⁹ q̄ uocabant̄ Iſrahel, & Iudā cui regnabat dom⁹ Dauid, nullus itē sociare potuit, siqdē nullus unq̄ regū Iſrahel recessit à p̄ctis Hieroboā. i. à cultu uitoroz̄ q̄s ille fecit, quis multa magnalia fierēt p̄ p̄phetas, maximeq̄ p̄ Heliā & Heliēū, nec fieri potuit ut rediret Iſrahel in regnū dom⁹ David, ita nemo possit sociare Iudāos cōfē forib⁹ Ch̄i, uel cōuertere ut subijci uelint regno filij David, regno Iesu Ch̄i, à q̄ se absce- rūt negādo illū añ faciē Pilati, & crucifigēdo app̄ciatū (ut iā dictū ē) triginta argenteis. Sequitur **Et dixit dñs ad me: Adhuc sume tibi uasa pastoris stulti, quia ecce suscitabo pasto- rē in terra, qui derelicta nō uisitabit, & cōtritiū nō saluabit, & id qd̄ stat nō enutriet, & carnes pinguiū comedet, & unguilas eoz̄ dissoluet.** ¶ Qm̄ (inqt) assumpsi duas uirgas, & taliter ut dictū ē euenit, tanq̄ malā mercedē reddiderūt mihi q̄ gregē pauī, adhuc unū est qd̄ faciā, sicut postulat ordo iustitiæ rō iudicij. Sume tibi uasa pastoris stulti. s. perā, baculū, si- stulā, & sibilū. Ad qd̄ hāc: Quia ecce (inqt) ego suscitabo pastore, &c. Quo Esaias, ut capti uitate ppli demonstraret, nudus ambulauit, & Hieremias iuit ad domū figulī, ut ex dissipatiōe uasis qd̄ currebat in rota, & in manu fingebat artificis, & interitū Iſrahelis, & dei potētiā ostē- deret, & Ezechiel ut subuersionē Hierlm̄, & fugā Sedechiæ, & onera captiuoz̄ nō solū uo- ce, sed & habitu demonstraret, p̄fodit parietē, & in humeris deportatus ē. Sic & tu habitu pa- storis assume, ut stultū annūcies pastore, q̄ uēturus ē. Pastor at̄ stultus & ipe ritus haud dubitū quis Antichrist⁹ sit, q̄ in cōsummatōe mūdi dī esse uēturus, & qualis futurus sit indicat. Iste pastor ideo sup̄ eos cōsurget: quia pastor bonus q̄ pauert eos, tam iniqua mercede munera- tus, tā indecoro ab eis p̄cio app̄ciatus est. Hinc & in euāgelio dicit: Ego ueni in noīe p̄is mei, & nō suscepistis me. Si alius uenerit in noīe suo, illū accipietis, pastore utique stultū. i. sciet mihi cōtrariū, nō p̄ ignorantia errantē, sed p̄ malitia repugnantē. Nā quia in Psalmo q̄q̄ scri- ptū est, simul insipies & stultus peribūt. Sciendū, quia stult⁹ & insipies in hoc differūt, qd̄ insi- pies dicat ille q̄ nescit: stult⁹ aut̄ ille q̄ scit, & nihilominus ait cōtra rōnem iustitiæ quā scit. Pa- stor ille nō faciet, quod ego bon⁹ pastor feci. Ego derelicta uisitauī, ille derelicta nō uisitauit. Ego dispersa q̄siui, ille dispersa nō q̄ret. Ego cōtritiū sanauī. i. peccatore cōuertit, ille cōtritiū nō sanabit. Ego id qd̄ stat enutrio, dū bonū in melius p̄ueho, ille qd̄ stat nō enutriet. imō fa- ciet qd̄ cōtra est. Carnes pinguiū comedet, & unguilas eoz̄ dissoluet. i. multos q̄ uidebant cō- sapiētes seducet, & rōnē discretōis auferet, ita ut si fieri possit, in errors inducant etiam electi. **¶ Pastor & idolū, relinques gregē, gladius sup̄ brachiū eius, & sup̄ oculū eius de- xtrū. Brachiū ei⁹ ariditate siccabit, & ocul⁹ ei⁹ dexter tenebre fecēs obscurabitur.** Hāc hostilis appellatio, d̄ pastor & idolū, quā cōgrua ē utpote, sicut aduersariū p̄p̄riū eius q̄ appellat eū. Nam q̄ appellat eū ipse est Christ⁹, & ille tā p̄p̄ri⁹ Christi ē aduersariū ut dicat Antichristus. i. Christo cōtrariū. O inq̄t, pastor & idolū, falso pastor, & uere idolū: falso (inq̄) pastor, q̄a relinques gregē, & uere idolū, quia mēdaciū. Sicut em̄ filius dei ueritas dī & est, ita tu fili diaboli mēdaciū recte diceris & es. Tu te ostēdes tanq̄ sis deus, sed tu nō dico ido- lorū cultor, imō idolū es & nō deus. Tu teip̄m existimari uis de q̄ scriptū est. Apud ip̄m est fortitudo & sapiā: sed nō ita ē. Imō sup̄ brachiū tuū. i. sup̄ tuā quā iactas fortitudinē, & super oculū tuū dextrū. i. sup̄ tuā quā tibi arrogas sapiām, fortioris & sapiētioris, imō solius fortis, & solius sapiētis euaginatus ē gladius: ille (inquā) gladi⁹, q̄ iam dudū in celo diabolus pater tuus, & tu cū illo es plagatus, et mirū qd̄ plagatus adhuc uiuus. i. deū uiuentē te dicere p̄fē- mis, cū plaga tua, plaga sit mortis. Hui⁹ rei admiratio ē in Apocalyp̄si sub his uerbis: Et om̄i de capitibus quasi occisum in mortē, & plaga mortis eius sanata ē. Itē dicēs habitātib⁹ in tee- ra, ut faciāt imaginē bestię, quæ habet plagā gladij & uixit. Nō uere plaga mortis tuæ sana- ta ē, nec uere uiuus, sed tu insane pastor, et idolū mortuū, ostentatiōe tua sanus es et uiuus. Ta- le brachiū tuū, nō uera fortitudo sed rebellio cōtra altissimū, ariditate siccabitur, et talis ocu- lus tuus tibi dexter deo totus sinister, oculus nō uere sapiā, sed ueraciter malicia tenebre fecēs obscurabitur, ut mittaris in profundū inferni mancus & cæcus. ¶ Libri quarti finis. ¶ Rupert

Esa. 20
Hier. 18

Ezech. 12

Pastor stultus
Antichristus.

Iohan. 9

Psal. 48.

Mat. 24

Antichristus,
Idolum & mē-
daciū.

Iob. 12.

Apoca. 13.

Ibidem.